



Universitätsbibliothek Paderborn

Res Gestae Illvstrissimo-||rvm Martyrvm, Con-||fessorvm Atqve Sancta-||rvm Virginvm ...

Eorvm Praecipve, Qvae Per|| R. P. L. Surium sex Tomis compraehensae
sunt:|| et nunc restrictis verborum ambagibus ... ad ... D.|| Caesaris
Baronii Chronologiam|| digestae ac in quatuor Tomos distributae

Lippeloo, Zacharias

Coloniae, 1595

VD16 ZV 18288

S. Zenobij Archiepiscopi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-43699](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-43699)

ore eorum capita truncarentur. Tunc liſtoris
infania, vt de crudelitate iudici complaceret, vel
magis vt creſcerent ornamenta martyrij, lancea mi-
ſtrari perfoſſas ceruices beatiſſimorum, gladio vi-
brante præcidit. Sic ad Chriſti gloriam venientes,
cum B. Donatianus lucratur germanum, & meruit
germanus martyrium; iſte ſit illi cauſa ſalutis, ille
iſti palma mercedis, & multiplicis gratiæ pi-
gore redundante, conſummatione foelici, ſpe re-
munerationis ſuſſulti, ad æterna præmia meruerūt
cedere, per vulnera laureati: Præſtante Domino
noſtro Ieſu Chriſto, qui viuit & regnat in ſecula
ſeculorum. Amen.

Cadūtur ca-
pite marty-
res.

VITA S. ZENOBII EPISCOPI FLO-
rentini. ex ea qua eſt per Ioannem Archipreſbyterū
Aretinum. Ex vita conſtat quo tempore floruerit.

Zenobius, Luciano patre, clario inter Florē-
tinos ciue, & Sophia inſigni foemina matre
natus, anno reſtauratiſſimæ ſalutis trecenteſimo
quinto, Pōtificatū Sylueſtri anno XVII,
Imperij Conſtantini 22, à teneris pueritiæ ſuæ
inſignem iuſtitiz & pietatis de ſe ſplēdorem
reſtuit. Nam vt literarum ſtudijs adhibitus, libe-
res diſciplinæ mira ingenij dexteritate cōplexus
inſita naturæ præſtantia & ingenita vultūs hi-
eritate atque oculorū gratia, omnes homines mi-
in modum ſui amore ac ſtudio capiebat: eoſ-
que ad ardentiffimum pietatis ſtadium exci-
tavit. Cumque obiecta vitiorum blādimenta, vni-
verſumque mundanę cupiditatis fomité virili ani-
mo in ſe extinxiſſet, anno ætatis ſuæ oſtaudeci-
ſimo catechumenus, beato Theodoro Florentino E-
piſcopo traditus eſt: quo tempore poëticiſſis Gen-
tium

Maij 25.
Parentes
eius.

Egregia pu-
eri indoles.

Fit catechu-
menus.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

libusque studijs relictis, quibus in teneris annis ad eruditionem ludere cōfueuerat, animum ad res diuinas seriuō contemplandas appulit. Porro cum vigesimum ætatis suæ annū ageret, parentes eius eximia pulchritudine & prudentia, virginē & natalibus clarā, magna cum dote tradere ei decreuerunt. Qua re comperta, Zenobius protinus in Theodoro Florentini antistitis sinum gremiumque confugit, & que seruandæ virginitatis propositum & Deo sanctissimè famulandi exponit, orans atque obsecrans, vt regenerationis lauacrū sine mora ei impertiretur. Cuius tam pium, tamque sanctum desiderium nequam remoratus Theodorus, omni Clero Florentino protinus conuocato, Zenobiū proprijs manibus honorificè ac celebriter lustralibus aquis tinxit. Id verò ad parētum eius aures, vt famę celeritate perlatum est, illi euestigio famulorum cuneis stipatis Zenobiū quærere, Theodorum Episcopū adueniēti inque eum, ira & furore perciti, summis conuicijs & contumelijs exarserunt. At Zenobius parentum furorē lenire cupiens, impetrata antistitis benedictione, pios in cælū oculos sustulit: tantaque extemplo, pia eloquij vbertate, parentum animos pertulit, vt impio furore deposito, mox in nuda humo ad pedes Episcopi prostrati, baptismi lauacrum, quod in filio culpauerāt, non sine lachrymis potius lauerint. Quo obtento, summa cum læticia decessu regressi sunt. Zenobiū verò sanctus Antistes à latere auelli deindē non est passus, sed mox Clero cum eum, deindē cathedralis ecclesiæ Canonice postremò subdiaconem ordinauit. Cuius vita cum & religione in Deū & charitate in homines inuicem excresceret, semperque seipsa fieret auctior, Archiepiscopo diacono Florentino per id temporis vita functo, Zenobius

Zenobius
baptizatur.

Item paren-
tes ipsius.

Fit Archidi-
aconus.

obius vicem illius sortitus est, anno ætatis sue trigesimo secundo. Quo tempore cum omnes pœnæ ecclesie, toto orbe, sub nomine pacis, Constantij regis Arrianorū consortio polluerentur, vir Dei Zenobius, strenuus & indefessus Catholice fidei propagator, quotidianis aduersus hæreticos Arrianos vel prædicationibus vel disputationibus acriter insistebat. Neq; verò minùs opere, quàm verbo orthodoxum populū instruebat. Nam sibi exiguo modū victu & tenui reseruato, quicquid ex rebus superesset, in vltis pauperū dispartiebatur. Eius anno à p̄mōtione ipsius elapso, Constantius Arrianus Imperator moritur, & ad imperiū Iulianus execrabilis tyrānus sublimatur. Qui cū occultæ impietatis fraude multos in sempiternā perditionē præheret, Zenobius illius perfidie impietate, & nequitia & publicis & priuatis sermonibus increpare nō destitit: adeo vt cōmissas suæ fidei res, nō modo cōseruaret, sed ex paganis & hereticis populis quotidie ad Christi Ecclesiā aggregaret. Interea mortuo iam tyranno, vir sanctus Ambrosius ad episcopatū Mediolanensem assumptus, & crebro rumore Zenobianę sanctitatis excitatus, in Florentinam urbem Zenobij visendi studio Mediolaniticū vera & singulari amicitia & Christi domino deuinctus est. Inde cū recto itinere ad Damasum, maximum Christianorum Pontificem proficisceretur, sibi & vniuersæ ecclesie gratulans, quod Christiana religio tali viro, cui Zenobius erat, esset ornata, mores illius & vitamque omnem ei enarrauit. Cumque dies coram Pontifice fama eius magis incresceret, iussit Damasus ad se acciri virum. Qui sine mora iussui obtemperans, cum Ambrosio concitatus ad eum

S. Ambrosius inuist S. Zenobium.

S. Zenobius accitur à Damasco Pontifice.

ad eum properavit: à quo peramater susceptus & benignè detētus fuit. Cumque plura multò indies, & maiora tum sanctitatis tum eruditionis in eo comperiret exempla, quam fama detulerat, non multò post renitentem ac diutiùs reluctātem, sanctæ Romanæ Ecclesiæ ac Sedis Apostolicæ diacōnis prorsus instituit, anno ætatis ipsius 38. & secundò anni Pontificatūs sui principio. Ea dignitas calcaria quædam ac stimuli augēde sanctitatis Zenobio fuere. Cùm enim alios moribus & sanctimonia antè vicisset, seipsum in ea dignitate vicit. Quod etiam Dominus, manifestis miraculis per eum operatus, ostendit. Nam die quadam ad ecclesiā S. Marci rix trans Tyberim, cum Damaso ibidem celebraturò contendens, à filio præfecti, qui fortè paralyticus lecto iacebat, protinùs accersitur. A quo cum importunitate laceffitus ac multis lacrymis exoratus, in orationem se pro eo dedit. Quæ operata, manu ægrotum cepit, signoque Crucis edito, per ægroti corpore, sanum hilaremque leuavit.

Crucis signo sanat paralyticū.

Alio quoque tempore, cùm in Oriētis partibus pestilens hæresis cuiusdam nouæ contagio pietatem depopularetur, ad illam profligandam, missus à Pontifice Zenobius, Constantinopolim nit: vbi acerrimis disputationibus & vitz sanctorum monia miraculorum virtute consignata, à dæmonibus miserabiliter obfessos, coram populo, sua oratione liberauit) errore ita resisit, vt nemo eam hæresim admodum afferere, omnia tempora ausus fuerit. Quibus ritè peractis Romam reuersus est. Interea Theodoro Florentino Episcopo, vitæ munere sanctissimè perfuncto, Zenobius ab omnibus successor expetitur, & importunè opportuneque vrgentibus, ab ipso

Cōsecratur
Florētinus
Episcopus.

Pontifice Florentinus Antistes consecratur,
 Tusciæ metropolitanus instituitur, anno
 Incarnatione Domini trecentesimo
 Damasi Pontificis anno fere 4, imperatibus Va-
 lentiniano & Valere. Quo tempore seculum istud
 sanctissimorum sanctissimorumque virorum erat
 Igitur Zenobius hoc munere antisti-
 tibus inuitus decoratus, cum iam Roma Flo-
 rentinam, commissum sibi populum rectoris perge-
 nit ab ipso Pontifice nouo dono, duobus vide-
 Sanctorum corporibus Abdon & Sennen af-
 fixis. Quæ vir sanctus quasi mutua inter se ami-
 citiarum posteris monumentum, magno cum
 honore assumpsit, & in maiori ecclesia, sancti vi-
 uat Saluatoris, sub altari honorificè colloca-
 A Florentinis verò tanta læticia exceptus est,
 eius ingressu plures dies festos solennesque e-
 At sanctus Zenobius quanto magis à Domi-
 nitabatur, tanto studiosius seipsum deprime-
 Corpus longa inedia, multis vigilijs, assiduis
 orationibus, hispidis hirsutisque cilicijs, maiori
 inquam castigatione, macerabat: omnesque
 Tusciæ prouentus, præter exiguum sui suo-
 que victum, in Christi pauperes distribuebat.
 autem animum à publicis curis & populari
 interdu vacuum ad contemplationis dul-
 coram reuocaret, in quadam parua ecclesia Se-
 renam versus vitam pœnè eremiticam du-
 cit. Vbi etiam non raro animam Ambrosij (post
 in humanis esse desierat) pro populo Floren-
 tianæ supplices ad Deum preces fundentem vidit.
 mirum, cum multis alijs eum in vita miracu-
 losa illustrauerit. Nam cum mulier quædam
 generis & opû existimatione valde clara,
 in ci-

Liberalitas
eius in pau-
peres.

Videt ani-
mam S. Ambro-
sij.

in ciuitate Florentina, mortuo viro, duos superstiti-
 res haberet filios, quos blanda & nimia indulgentia
 in suam ipsius perniciem & perpetuum animi lu-
 ctum educauerat; illi quodam die, infano furore
 mentis agitati matrem propriam plurimis verbe-
 ribus enormiter flagellarunt. Quod scelus ipsa im-
 patienter abhorrens, corpora illorum horrendis
 imprecationibus detestata est, genibusq; procum-
 bens & terram manibus pulsans, Erynnim caterul-
 que furias infernales, in rabiem filiorum, magno
 cum gemitu inuocauit. Exaudiunt ab imis tenebris
 demones: iuuenes aggrediuntur, illos furis exa-
 rant. Qui statim, vt rabidi canes, mordaciter mem-
 bra sua membra corrodunt. Concurrunt famulae
 fit clamor ingens. Alij funes, alij cathenas ferunt.
 Ligantur iuuenes, nec rabie contineri valent. Mater
 pietate commouetur, iam facti pœnitent, de
 tantæ calamitatis æuētum deslet: plangit, nec quæ
 indè agat, cogitare valebat. Interim occurrunt me-
 moriæ quæ de Zenobio audierat, & accepto con-
 silio, speque recuperandæ salutis, licet pagana de-
 men credula, ad Zenobium filios adduci procurat.
 Cuius ipsa pedibus prouoluta, fatetur rem gressu
 Deum suum exorare dignetur, precibus & lacrimis
 mis fideliter orat. Ille infelicem inueniunt, & rabi-
 uitatem miseratus pieque commotus, ait ad matrem
 erem: Constante age mulier & crede, quod Dominus
 nus noster Iesus, qui illos modò post orationem
 am sanitati restituet, verus est Dei filius, & creator
 creator & Dominus. Et statim in basilica Saluatoris
 ris, vbi aderant, coram vexillo Crucis se prostrat
 nens componit: vbi duabus admodum horis in
 tione expletis, surrexit & iuuenes signo Crucis
 nedicens ab immani demonum furore liberatos.

Vltio in fi-
 lios matrē
 verberātes.

Zenobius
 precibus &
 signo Cru-
 cis pellit
 demones.

illi verò sanitatem consecuti, vnà cum matre tota-
ne familia, salutari lauacro mundati, totos se
Christo in omni vitæ sanctitate consecrârunt.

Nec multo post tempore mulier quædam Gallica,
illustri stemmate nata, Romam magno comitatu
ostendens, rumore admirabilium Zenobi, virtu-
tum excita, ad eum, ex ipso itinere, visendi studio
evertit. Cuius vitæ sanctissimæ meritis ædificata,
unicum suum filium, ex itineris incommodis debi-
torem factum, viro Dei studiosè cõmendauit. Sed
occidit vt is idè, absente Zenobio, vitã cum morte
permutaret. Quod vt cognouit inclyta mulier, lu-
tu lachrymisq; miserabiliter deformata, puerile
obauer ad pedes viri sancti proiecit, orans & per
suas miseraciones obrestãs vt filium, vnicam fami-
liæ totius spè, præter omniũ suorum mentem secũ
patria aduectũ, sibi restitueret: alias nunquã se
vniuerso patriã visuram: sed in perpetuo luctu &
dolorè inuisam lucem abrupturam. Sanctus rei
inuitate & muliebri lamétatione attonitus & ma-
gnis lachrymantis gemitus, & depositi apud se pi-
oris interitum miseratus, sacra Oriëntem versus
seu deflexit, & oculis manibusq; ad cælum sub-
leuatis, pijs orando lachymas fudit: formatoq; super
cruce Crucis signo, puerum manu cepit: atq; ab
oratione surgens, illum pariter rediuiuum erexit.
Interim parentibus suis è corpore commigran-
tibus, Zenobius possessiones hæreditarias paula-
tim diffraxit, earumque præcia mira benignitate
pauperes erogauit. Porrò quas apud Pastinianũ,
Florentini, possessiones habebat, diuino cul-
tu mancipauit: constructoque ibidem amplo cœ-
nobio, duodenarium in eo monachorum nume-
m instituit, qui septi claustris, vitam sub Abbate
cœno-

Oratione &
cruce signo
mortuũ vitæ
reddidit.

Cœnobium
extruxit.

coenobiticam ducebant. Sed nec illud tacendum, quod quendam multos annos coecum, praeforibus templi mendicare solitum, Crucis signo illustraverit, & cum lumine corporeo fidei lucem mirabiliter contulerit. Alio vero tempore cum Ambrosianam ecclesiam sedulus pastor peragraret, summo adolescenti cuiusdam nobilis obuiam habuit. Quod cum studiosè declinare vellet, ciuium corona praeventus, non potuit. Ibi igitur omnes conclamare coeperunt, ut conciuem resuscitaret, qui peregrinae mulieris filium vitæ reddiderat. Sanctus autem, ut arrogantiae crimen euitaret, negauit Gallicæ mulieris filium, suis meritis, sed matris fide, suscitatum esse. Quam illi exultationem cum nullo pacto recipere, Sanctus eorum fide per specula, se in orationem dedit. Qua cõpleta pariter cum adolescente viuo & incolumi, non sine maximo omnium thopore, surrexit.

Exirat de sanctum.

Puer quidam matris suæ viduæ vnici, annorum quinque, in via iuxta cathedralem ecclesiam Saluatoris ludibudus, à prætereunte aurigæ curru miserabiliter oppressus expirauerat. Quem caecissimam moestissima mater ut rescituit, lamentabili plangitum plorans, filium sustulit, pannisque inuolueum beato Zenobio, per Eugenium diaconem eius, offerendum curauit. Quem vir sanctus benigne suscipiens multis cum precibus & copioso lachrymarum tribre Deo obtulit, qui solica misericordia seruatum suum respiciens, puero integram sanitatem restituit, prorsus ut nullum in eo læsionis vestigium appareret.

Item alium.

His alijsque virtutibus & operibus sanctissimus clarus Zenobius, de uexa iam ætate, in morbum incidit, cuius vi acerbissime cõsistatus, tandem cum

signi sanctitatis significatione, è vira migravit,
 mo ætatis suæ nonagesimo. Instauratæ verò salu-
 aquadringentesimo vigesimo quarto. Reliquit vir
 sanctissimus vniuersæ ecclesiæ magnum sui deside-
 rium, cū multis lachrymis & insigni luctu coniuun-
 tum. Corpus fuit ab electis Clericorū ipsius aro-
 nibus conditum, & ad Ambrosianam ecclesiam
 portatum, vbi multò ante locum sibi sepulturæ
 gerat, & honorificentissimè in monumentum
 umoreo decorum opere illatum.

Post Zenobium verò ad episcopalem cathedrā,
 Andreas cuius Florentinus euectus fuit, qui, visis
 in Ambrosiana ecclesia ob Zenobij merita à
 mino siebant miraculis, hunc honorem prima-
 saluatoris ædi potius deferendum statuit. Itaq;
 anno presulatus sui anno loculos viri sanctissimi
 hunc humeris imposuit, qui magna cum po-
 celebritate & festiuo gaudio, ad maiorem ec-
 clesiam eos deportarunt. Ecce autem dum quisque
 viribus eos contingere conatur, pontifices, tu-
 eruantis populi compressione, de casu pericli-
 ces, vt lubricantes firmarent gressus, manum ad
 eam & antiquam valde vlmū extenderunt, quæ
 corporis contactu protinùs floruit & emor-
 multo tempore vires recuperavit. Quæ cū
 Insigne mi-
 raculum.

dei à deuoto populo per frustra discerperetur,
 centini ciues, in perpetuam tantæ rei memori-
 marmoream cum Cruce, eodem in loco, co-
 ram erexerunt: quæ in hodiernum vsque di-
 permanens, omnibus tam præclari miraculi
 rem testatam facit.
 uari igitur episcopi, resumptis viribus, cor-
 sanctissimum ad ecclesiam detulerūt, ibidemq;
 quadam caratumba honorificè collocarunt. Ad
 quod

Moritur vlc
 sanctissi-
 mus.

Transfertur
 corpus eius.

Insigne mi-
 raculum.

quod eum plures diversis oppressi languoribus, pro
obtinenda salute confluere, inter alios puer qui-
dam à demone miserabiliter obsessus, nulla via vel
modo ingressum in ecclesiã inuenire poterat. Nam
hic cum olim febribus laboraret, & ob contractam
fitim, nocturno potissimum tempore, pocu-
lum offerenti ingentes molestias adferret, illa tan-
dem fessa & somno oppressa, cum iterum à pueris
excitaretur, indignanti animo poculum cum dicitur
hac deprecatione tradidit, dicens: Vnã cum hoc di-
abolium bibe, quod nec minus securum est. Non e-
nim malignus prestò adfuit, qui saua adeò crudi-
litate eum exagitauit, vt vix vllis vinculis con-
stringi, remedio verò nullo liberari potuit. Tan-
dem pijs quorundam precibus & ieiunijs aduer-
satum ad S. Zenobij monumentum inuenit: ubi
malo hospite, non sine aditatum horrore, tandem
liberatus fuit. 6

Vide impre-
catione ma-
sis in filiũ.

VITA B. ALDELMIS EPISCOPI SCHL-
REBURGENSIS. ex ea que est apud Suerium, cuius etiam

Beda præclarè meminit Ecclesiast. histor. Angl.
lib. 5. cap. 19. Excessit ex hac vita anno Domini 909

Maij 25.
Patriæ & pa-
scentes eius.

Beatissimus Aldelmus splendidissimo Anglorum
stirpe & regia prosapia ortus, patrem ha-
buit Kennetum, Iux Occidentaliũ Saxonia
regis fratrem germanum. Qui post exactos patri-
æ annos liberalium disciplinarũ studijs eum
mouit: in quibus tantò breui tempore progressus
fecit, vt ipse etiã magistros suos, quos Græcos lo-
quuntur, habuit doctissimos, multis parafangitibus
ueñterit. Postea verò quã cana quãquã animi
dementia, variã & instabilem rerum humanarum
disitionem, & lubricum naturæ statum, in sua
tandem

adine &
estem ru
mando sc
ponis por
leque ab i
t summa
perfecti i
li austeri
bus & vig
erum cont
tebat. His
pyterij, in
sterim fan
ps, vltra r
scum ad m
tas (senin
salutium
accituit, v
Cam aute
num fac
neros dir
fore, qu
orum ade
quidam
radij in
memoriam,
as asseru
Per idem
diuulgat
are, Pontif
line Aldel
vulgari
infamia
ubi iubet: